

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An filij clericorum accepta à parentibus teneantur restituere, & de
alimentis præstandis filijs vel fratribus. Cap. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

fusiperet aliquid. Hæc conclusio etiam sustinetur; fratre Iosepho in suis florib. vbi in hoc subscribit Soto.

Q[uod] 4. ¶ Sed statim in dubium reuocamur. An his pater cle-

ricus suppeditare aliquid possit, pro alimentis. Huius du-
bii illucidandi gratia. ¶ Sit undecima conclusio. Pater cle-
ricus tenetur aere & educare filium suum illegitimum.
Atque adeo potest ei vivens donare, vnde vitam suspen-
dit. Hæc conclusio est Soti loco vbi supra: patet, quia cum
ius naturale dicitur alendos, & educandos esse filios, istud
ius per leges ciuiles, & positivas non potest reuocari.
Hæc conclusio ita est etiam Armillæ verbo. alimentum.

m. c. cum §. vbi air quod de iure canonico ex æquitate quadam
haberet, naturali tenetur pater alimenta praestare filiis spurijs quo-
cetero probabiliter nouit esse suos.

¶ Sed ultra, dubium statim mentem subiit an sicut filij
clericorum incapaces, & inhabiles sunt per leges Hispa-
norum ad bona paterna ullo pacto possidenda, sic & clericorum
neppotes. Quæstio est cuius meminuit Frater Iosephus
in suis florib. quare pro satisfactione illius, statuitur duo-

decima conclusio. Clericus initatus sacris, si neppotes si-
bi super sint ex filio, vel filia illegitimis, natu, his licite po-
terit sua bona & legare, & condonare. Hæc est Fratris
Iosephi quæ mihi non displaceat, quia cum lex hæc de
accendo filios clericorum à bonis paternis odiofa sit, in
odium talium filiorum, cum odia debeat restringi, non
est ad ne potes clericorum extendenda. Postquam lex ex-
presse eos non comprehendit. Potest ergo clericus auus
eorum eis relinquere bona sua.

¶ An filij clericorum accepta à parentibus teneantur restituere,
de alimentis praestandis filiis vel fratribus.

C A P. XIX.

I Am demodo si quis occurrit, quo clerici suis filiis ille-
gitimis possit secura conscientia, circa fraudem le-
gis, sua bona conferre indagandū nobis est. An per fidei-
commissarium tutu conscientia, hoc possint facere? Pro
explanatione quæstionis.

¶ Sit prima conclusio. Si clericus alicui fideicommissa-
rio concredit bona sua, ea conditione, quatenus ea bo-
na fidei

na fideicommissarius filio illegitimo clerici tradat, primo quod culpam mortaliter peccat legem forte illi rigore obligantem & talis fideicommissarius nullatenus tenetur ea bona filio clerici adiudicare etiam si pollicitus fuerit id facere, neque filius clerici, ea bona tuta conscientia recipere, neque retinere potest. Ideo statim à filio tali sunt a Hæc constituta. Et pater, quia huiusmodi fideicommissio, & clusionem illorum bonorum traditio, & illorum per filium clerici statuit sicut acquisitione, est contra legem humanam iustum in re suis & F. gratiū inhabitantem huiusmodi filium clerici, ad bona Joseph. in paterna recipienda & retinenda. Ergo non potest talis suis florib. commissio neque traditio bonorum, neque retentio fieri.

¶ Secunda conclusio tuta conscientia, clericus bona sua amico relinquere potest, non sub conditione ut ea reddat filio, sed absolute dum, scilicet amicus sub illa conditione non recipiat loco filii, sed tanquam sua sibi vere, & absolute donata etiam si clericus fiduciam certam conceperit, quod amicus sit traditurus ea filio, & illi alias non relinquenter. Hæc conclusio est Sotii loco citato, & pater, quia licet lex filium illegitimum clerici, ad illa bona paterna acquirenda, & retinenda, inhabilem fecerit, tamen illum amicum incapacem donationis illorum bonorum absolute sibi facta lex non reddit, quare tali donatione priuari non valet, nisi per condēnationem. Imo per fiscū cōdemnari non potest, nisi proberetur præsumptio, scilicet quod ideo receperit, ut redderet filio clerici.

¶ Sed quid tunc talis amicus donatarius absolutus, & sine conditione, de illis bonis poterit facere? huius rei gratia. ¶ Si tertia conclusio tunc amicus clerici in casu prædictæ conclusionis, potest ea bona sibi donata, tuta conscientia retainere, & potest licite tanquam propria bona sua, & non clerici, iam ea donare (si vult) filio clerici, & in conscientia talis donatio tenebit. Secus est si ut supradiximus sibi donatio facta non est absolute, sed sub conditione ut ea bona redderentur clerici filio. Quia tunc neque donatio facta amico tenuit, neque ipse amicus retainere ea bona tunc potest, neque vero, ipse filio clerici, ea tradere potest. Hæc conclusio patet, quia iam in casu istius tertiae conclusionis neque fit contra legem, nec contra eius intentionem,

intentionem, quia ille amicus non iam illi tradit bona p
Q. 2. tris, id est clerici, sed sua, neque filius accipit bona pater.
Q. 3. na, sed bona amici patris, quæ iam per donationem abso-
lutam facta fuerant sua.

¶ Sed quid tunc in casu quo illa bona data fuerint à cle-
b cordub. rico amico suo sub eo pacto, ut redderetur filio, quid si
in tract. de illis bonis? ¶ Arbitratur Sotus in hoc casu illa bona
caſib. conf. ante condemnationem, (quia ante condemnationem fil.
q. 74. cus ad illa ius non habet) censenda esse attinere suc-
c Consule denti ab intestato. Quare si clericus hæredem legitimū
de hac re. intestato reliquit: sua sunt, sim minus eroganda sunt
can. cōha pios vius, dum tamē iste fideicommissarius libi caueat,
beret, & id perueniat in notarium fiscalis, quia si id veretur, con-
sotus lib. sultus est fisco patefacere.

4. de insti- ¶ Hinc iam patet, quid sit dicendum ad illam, quæ fili-
tia & in- ia, Cuius meminit Corduba b. quod hæres institutus ex-
re. q. 5. art. traneus à patre solum habente filios naturales, cū fideici-
2. & syl- missio tacito, vel expressio, ut filiis illis naturalibus: prom-
uest. tit. fi- deatur, tenet in conscientia testatoris, filiam naturalis
lij & do- dotare, alimentaque ei subministrare secundum qualita-
Eto. in cap. tem conditionēq; persona testatoris, eamque in statu de-
stanta qui centi reponere. Nam & etiam filia spuriæ debetur com-
filij sini le petens dos (cessante instātia fisci.) Imo secundum Sotu-
giti. & fratrem Iosephū vbi supra, filij adulterini in foro con-
d Vide scientia, non tamen in foro exteriori, bona paterna pos-
Anth. Go dere possunt, vbi non sunt legitimi, quia lex prima foro
mez super tum eos hæredes esse prohibet, quod fit per testamentū
l. 9. 10. & Imo coram iudice ecclesiastico filii naturales possunt pe-
11. Taur. tere alimenta. Præsertim quando testator in testamento
& Concur- nomine hoc filiorum eos expressit, quod secundum ieu-
ru. de var. sat est ut pro legitimis habeantur.
resol. in 1. ¶ Hinc iam liquet quid sit respondendū ad illam quæ
temo. par. stionem, cuius etiam meminit Corduba de caſib.
2. § 4. &f. conscientia q. 123, vbi concludit quod in hospitali habē-
que ad 8. staturum quod bona ibi, mo ientium sine hærede legi-
& 4. cum: timo necessario, id est qui præteriri non potest in testa-
queritur. mento forcoſo nuncupato, sint illius hospitalis. Cum Ma-
c. de inof. ria fuerit defuncta vita ibi, potuit si legitima prole caruit,
testam. legare bona sua filia suæ naturali non ex damnato con-
cubitu genite, etiam si habuerit legitimos ascendentēs.

¶ Legg.

¶ Lege quoque rotaurensi cauetur quod casu, quo pater, vel mater ad alimenta administranda illegitimis, de-
vincos se sentiunt siue in vita, siue in morte virtute talis
obligationis, non possint eis ultra quintam bonorum da-
re nisi sint naturales, quibus pater carentis legitimis, licet
ascendentibus non careat; potest omnia bona sua legare.

¶ Porro pater propositum hic non dubitatur. Quid Q. 5.
faciet commissarius mulieris in testamento relictus, quā-
do testatrix ratione infamiae cauendae propriæ adulteri-
am filiam hæredem instituit, cum optime nouerit frau-
dem? Responder Corduba q. 122. quod si in casu supra po-
sito vbi statuto sic dictamē hospitali obueniunt omnia
bona, ibi morientium, & carentium legitimis, necessariis-
que successoribus, si ibi moriatur Ioanna habens filiam
secreto adulterinam, quam instiuit hæredem in omnia
bona. Commisarius Ioannæ si sine dispendio honoris
Ioannæ, vel si sine derrimento notabili alicui ex his per-
sonis inde contingentib[us], potest bona hæc hospitali addi-
cere, cui obueniunt ex iure, illi ea applicabit, si autem hec
mala impendere timeantur, ea bona filia secreto adulteri-
næ tribuet, si tamen fuerit admonita per ipsum, illam
illorum bonorum iure, & in conscientia esse incapacem,
eorumque restitutioni manere obnoxiam, fidem illius
que exposcat, quatenus fidem faciat: se curam adhibitu-
ram ut forma sibi innocua, ea bona restituat hospitali.
Quod si sibi probabiliter persuaserit adulterinam nequa-
quam ea restituturam hospitali, penes se talis commis-
sarius ea bona, ut commodius poterit retineat, quo usque
prædictis cessantibus inconvenientibus, hospitali possint: ^c In sum-
applicari, quod si aliter officio debet respondere non pos. Lat. c. 17
fit, reddat ea bona adulterinæ, dicta præmissa monitione, num. 9. ^d
quia satis præstit quod suum est, nequicquam amplius 29. ^e 31.
potuit de se præstare. Dum huiusmodi inconvenientia f Glos. in
obuentura alias timentur. Sic insinuat Nauarrus. ^f I. si quis à
prædictis cessantibus inconvenientibus, hospitali possint: ^c In sum-
applicari, quod si aliter officio debet respondere non pos. Lat. c. 17
fit, reddat ea bona adulterinæ, dicta præmissa monitione, num. 9. ^d
quia satis præstit quod suum est, nequicquam amplius 29. ^e 31.
potuit de se præstare. Dum huiusmodi inconvenientia f Glos. in
obuentura alias timentur. Sic insinuat Nauarrus. ^f I. si quis à

¶ Insuper, quia de alimentis conferendis filiis cepi-
liber. §. vi-
mus verba facere, nota quod eriam è conuerso filius pa-
trum ver-
rentes agentes tenetur alere, & frater tenetur alere fra-
trem, ita Corduba quæstione 125. Licet casu quo frater ff. de liber.
fratrem alere tenetur, f hunc casum Gregorius Lopez in agnoscen-
Glossa finali l. 4. tit. 19 parr. 4. extendit etiars ad fratrem dñs.

I.I.Pars. F.L.Lopez.Instr.Consc. h natura

114 Cap. XIX. De alimentis præstandis filijs, &c.

naturalem non legitimum, quamvis Angelus Aretinus. §. si minus. instit. de actionibus videatur limitare in fratribus utrunque coniunctis, quam limitationem doctores non tenent, neque tenenda videtur.

Qd. 6. ¶ Controversia est inter doctores quomodo frater fratrem alere teneatur an solum iuxta necessitatem tantum naturalem, ad vitam transigendam pensatis facultatibus.

In l. si maritus debetis alimenta, secundū Iacob. de Aret. & Bald. maritus. 2. & alios doctores & quos sequitur Palacius Rubius. Cui ff. sol. ma- sententia suffragantur dicta à doctoribus cum haberetur.

de eo, qui duxit in matrimonium quam polluerat. An vero teneatur frater fratrem alere iuxta decentiam, & qualita-

tem personarum & iuxta sufficientiam facultatum.^b

Huic o- pin. adst. ¶ Cui quæstiōnē facientes satis concludimus, quod pulantur cum casus sit qui inter diuersas opiniones verfaruntur. de Imo. Consuetudini terræ quæ est optima legum interpres &

d. l. si mari pro lege viger, standum esse dicimus. Licet opinio pos-

tus. & Ratione posterior, quod frater iuxta decentiam status sit alendus, & pael &

Alexan. ratione consona magis & communior.

¶ Insuper. l. 1. regalis fori. lib. 3. tit. 8. stabilitur quod ibidem.

frater fratrem habens inopem, illum teneatur alere, obcaecitibusque patre, & matre, filij sub suo gubernamine suscipiant fratrem superstitem, quod si tales maiori-

natu fratres uxores duxerint, minori remanenti fratrem dimidiā pensionem eius sumptus, aut impensæ quam ei pro viræ sustentatione impendebant antea, ei imperiant. Sed uxorem patris non tenentur fratres priuignalere, si nolint. Sed neque maritus cogitur secundum

Cordubam illa quæstio. 125. fratris uxorem alere extra

extremæ necessitatē articulum secundum Glossam, &

i l. quæst. doctores vbi cœtur, quod uxori non perditur a ma-

ff. sol. mat. nente matrimonio, dos reddi potest; vt egentem virum,

quia ius. fratrem, sotoremque sustineat. Non obstat supradictis,

mutus. ff. quia istud ius communiter secundum doctores intelligi-

de iur. dot. tur quod de consen' u., & licentia mariti possit vir inde

alere fratres, & non aliter, quia leges sancientes fratrem

teneri alimentare fratrem, locum habent in viris: sed

non in mulieribus coniugatis nisi de licentia mariti.

¶ Igitur in hoc potiori libertate potitur vir, quam uxori. Quia vir tenet parentes, & fratres egentes

alere.

alere, etiam extra extremam necessitatem, quæ quidem alimentorum expensæ de parte contingentia mariti ex bonis partibilibus, deducendæ sunt catenus, quatenus nullum præiudicium paretur vxori in sibi iure obuentura parte honorum. Cæterum vxor patres fratresque suos egentes alere non potest absque licentia mariti, quippe qui honorum communium administrator est, non autem vxor.^k

^k vide syll
neft. verbo
alimenta.
q. I. C. 4.
tit. vxor.
Q. 7.

¶ Porro inter questio[n]es scitu necessarias (quia quotidiana res est) computatur hæc an maritus parentes vxoris, aut vxoris filios ex alio matrimonio, in graui necessitate, citra extremam, etiam teneatur alere, quod si huic officio desit neque praestare licentiam adhoc vxori velit, an tunc h[ab]ere possit id facere vxor, quia questio hæc est in contingentia frequens, ecce tibi resolutionem. Quando tales parentes, vel filii vxoris, graui necessitate etiam citra extremam afflantur, quia miserabiliter queritant ab extraneis subsidium; ne decidant adecenti, quem sustinuere statu, tunc vir rogatus, vt faciat facultatem vxori, vt paulatim eis subueniat de parte vxori contingentis sicut ipse in pari necessitate opem ferret suis, si nolit potest vxor si alias odia iurgia, & alia detrimenta timeat, si maritum ad id arctet via iustitia, tunc secreto paulatim, ne id perfentiscat maritus, necessaria subministrare pro tali parentum, & filiorum supplenda indigentia; & necessitate cum animo, tempore partitionis honorum, id quod in hoc opus pium & debitum insumpsit, in parte sibi obuentura computandi. Quæ quidem assertio naturæ lis aequitatis nititur fundamento, quia licet leges administratorem horum honorum constituant maritum, tamen totaliter vxori non obtinet interdicere usum suorum honorum, quando maritus adeo durus est, & subagestris, vt renuat vxori conferre licentiam, in hoc casu vbi ius naturale, & diuinum dictant filios, & parentes iuxta decentiam sui status & personarum, cum egent esse alendos. Nam & opinio multorum doctorum huic assertioni fuit dū dicunt sine notabili detimento suæ personæ, aut honorū suorū teneri aliquæ si potest subuenire proximo, ne à decentia sui status decidat, & in casu grauium

h 2 calamita

calamitatum, & egitatis. Ergo à fortiori vxor, ex iure naturali, & diuino: contra quod præualere non potest lex humana, poterit parentibus, & filiis sic indigentibus cum prædicto moderamine, subsidia conferre. Quod verum est in conscientia, quidquid sit de foro iudiciali secundum Gordubam.

¶ An filios legitimos habens ultra quintam partem suorum bonorum expendere possit in pios usus pro anima sua.

C A P. XX.

Quoniam de vinculo restitutionis, & illationis damni copiose disserendum nobis est, ita ut nihil quod desiderari merito possit, quātum in nobis est desit, illa questio quotidiana licet non triualis, hic nobis discutienda venit, utrum pater familias filios legitimos habens, ultra quintam partem bonorum expendere possit, vel in donationes gratiosas vel in legata gratuita vel in usus pios pro anima sua: & ne à more procedendi distincto recedamus per conclusiones respondendo. ¶ Statuitur prima conclusio. Pater, & mater filios habentes legitimos, ultra quintam partem suorum bonorum in legata gratiosa, seu donationes gratiosas expendere non possunt. Legata autem gratiosa, seu donationes gratiosas appellamus, eas donationes, seu legata: quæ testator, seu donator non ex debito legali, neque causa remittendi obsequia, vel officiosa opera sibi exhibita facit, sed ex mera liberalitate inductus fuit ad id, & non causa remunerandi seruitia. Hæc conclusio patet ex recopilatione noua legum, verbo melioratio. l. 12. vbi lex hoc expresse decernit.

¶ Secunda conclusio pater & mater non carentes filiis legitimis, pro expensis suorum funeralium, & pro cereis, & missis tunç dicendis, prolegatisque gratiosis insumere ultra quintam partem suarum facultatum non possunt. Hæc conclusio elicetur ex l. 12. & 13. in recopilatione noua legum vbi præsertim. l. 12. cauetur quod expensæ sepulturæ & promissis, & cereis: & exequiis funeralibus, & legata gratiosa, deducantur ex quinta parte assis, & non de reliquo